

## HERMANNS DES LAHMEN POLYMETRISCHE DICHTUNG ÜBER DIE LASTER

*Textgrundlage ist die eingelesene und korrigierte Ausgabe Ernst DÜMMLERS in:  
Zeitschrift für deutsches Alterthum 13 (N.F. 1) (1867) S. 385-434.*

*Davon wird an folgenden Stellen – teils auf der Grundlage von G – abgewichen:  
410, 426, 450, 508, 640, 1078, 1128, 1316, 1444, 1673, 1699, 1712 und 1717. An  
vielen Stellen wurde die Interpunktionsstillschweigend modifiziert.*

**M** = München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 14689, fol. 25-37

**G** = Gotha, Forschungs- und Landesbibliothek, Memb. II 225 (vgl. Die  
abendländischen Handschriften der Forschungs- und Landesbibliothek Gotha.  
Bestandsverzeichnis. 2: Kleinformatige Pergamenthandschriften Memb. II,  
bearbeitet von Cornelia HOPF, Gotha 1997, S. 111)

*M ist die Grundlage der DÜMMLERSchen Ausgabe, auf G machte zuletzt  
Walter BERSCHIN aufmerksam. G wurde für unsere Version kurSORisch  
verglichen.*

*Lit.: Walter BERSCHIN / Martin HELLMANN, Hermann der Lahme. Gelehrter  
und Dichter (1013-1054) (Reichenauer Texte und Bilder 11, 2004), S. 24-26.*

### CONSPPECTUS METRORUM

- |          |   |
|----------|---|
| 1-3:     | katalektische trochäische Tetrameter, regelmäßig 15silbig, mit<br>Cäsur nach dem zweiten Metrum |
| 4-15:    | stichische Adonier  |
| 16-25:   | Pherekrateen  |
| 26-39:   | Glykoneen   |
| 40-57:   | alkäische Elfsilbler, mit kurzer fünfter Silbe in 40, 42, 52f., 55-57                           |
| 58-188:  | Terentianeen  |
| 189-232: | Anakreontea   |
| 233-244: | katalektische iambische Dimeter   |
| 245-252: | katalektische anapästische Dimeter ( <i>Paroemiacus</i> )                                       |
| 253-278: | Hendekasyllaben   |
| 279-301: | kleinere Asklepiadeen   |
| 302-374: | sapphische Elfsilbler   |
| 374-411: | akatalektische anapästische Dimeter   |
| 412-453: | katalektische daktylische Tetrameter in syllabam  |
| 454-468: | größere Asklepiadeen  |
| 469-492: | <i>Ionici a minore im System</i>  |

- 493-494: *elegisches Distichon*  
 495-1665: *iambische Dimeter*  
 1667-1706: *Archilochii*  
 1707-1722: *katalektische iambische Trimeter*

INCIPIT OPUSCULUM HERIMANNI  
 DIVERSO METRO CONPOSITUM AD AMICULAS SUAS  
 QUASDAM SANCTIMONIALES FEMINAS.

HERIMANNUS AD MUSAM<sup>a</sup>

Musa mi dilecta, surge, dulce quiddam concine,  
 Carmen, oro, pange metro seu canore rithmico,  
 Mulce et odis, queso, caras, cara, mis sororculas!

MUSA AD HERIMANNUM<sup>b</sup>

- Mene vocari  
 5 Auribus haus?i  
 Anne et amicum  
 Mis Herimannum?  
 En, tua certe,  
 Frater amate,  
 10 Melpomene assum.  
 Carmina possum,  
 Raucida quamvis  
 Voce loquar vix.  
 Dic modo, quae vis  
 15 psallier ollis!

HERIMANNUS AD MUSAM<sup>c</sup>

- Certe nescio, cara  
 Et mi maxima cura,  
 Quid cantarier illae  
 Affectent dominellae.  
 20 Novi, ludicra crebro,  
 Malunt seria raro.  
 Ipsas tu magis ipsa  
 Pergens consule, musa,

a) Metrum trochaicum archiloicum, constans ex VII pedibus et sillaba; locis inparibus recipit trocheum vel spondeum *M*      b) Metrum adonium constans ex dactilo et spondeo *M*      c) Metrum feregratum constans ex spondeo dactio et spondeo *M*

Et quod complacet illis,  
25 Pangas suavibus odis!

### MUSA AD SORORES<sup>d</sup>

Vos, o contio candida  
Ac formosa catervula,  
Noster misit amiculus  
Communis Herimannulus  
30 Me promptam sibi psaltriam,  
Quamvis pessime raucidam,  
Vobis gliceriis suis  
Selectisque sororculis  
Quaedam carmina pangere,  
35 Sed vos qualia dicite!  
Nam vos quaeque libentius  
Auditis, cano promptius:  
Vultis, concino seria,  
Sin, cantrix ero ludia.

### SORORES AD MUSAM<sup>e</sup>

40 Nosterne, noster ille medullitus  
Nobis inustus liup Herimannulus,  
Amandus ille saecla per omnia  
Transmisit, o, te, pulchra puellula?  
Formosa namque es bellaque psaltria  
45 Illique certe digna iuvencula.  
Sed ipsa nobis, heu, tamen hactenus  
Ignota, primo dic age, quesumus,  
Tecum quid illi forte negotii!  
Vultus venustas terret enim tui.  
50 Tu forsan eius conscia lectuli  
Complexa dulcis munia savii,  
Furare noctis ausa silentia,  
Nobis negata sumere gaudia.  
Fors ille vitro corpore purior

d) Metrum gliconicum constans ex spondeo choriambo et pirrichio *M*

e) Metrum alchaicum

constans ex pentimemere iambica et duobus dactilis *M*

29 Communis Herimannulus: H- bewirkt Positionslänge      31 pessime: Kürzung des auslautenden e im Adverb      32 gliceriis: von Glycerium, einer weiblichen Figur in Terenzens *Andria*.

- 55 Putatus, ille turture castior  
 Fideliorque perfidus, a, sua  
 Tecum, o puella, conteret otia.

### MUSA AD SORORES<sup>f</sup>

- Atqui credideram me fore notam  
 Vobis, sed tibimet, Engila, memet
- 60 Ignotam poteram credere numquam,  
 Nam fert fama loco te fore primo  
 Hic inter iuvenes, virgo, sorores.  
 Sed quia nesciri me modo novi  
 Et vosmet cunctas suspiciosas
- 65 Esse mihi video et Herimanno  
 Nostro, perstrictim praedico, quae sim.  
 Sum ter ternarum una sororum,  
 Quas fert dulcicanas fama camenas,  
 Natas esse Iovis celsitonantis,
- 70 Ex Iunone satas, psallere doctas.  
 Idolatrae fatui numina uulgi  
 Olim falsiloquis grata poetis,  
 Nunc iam christicolae noscimur esse  
 Suadentesque viam pergere rectam
- 75 Castos diligimus, sancta docemus,  
 Mentis cultores semper amantes,  
 Interdumque iocos quimus honestos  
 Pangere, si petimur; turpe veremur  
 Ludere, ni fidus poscat amicus,
- 80 Hoc qui celare norit honeste,  
 Non ad lascivum intima verbum  
 Mentis subdendo, iudice Christo  
 Caelitus attente cuncta vidente.  
 Sed quod vos talem suspicionem
- 85 In me una et nostrum fertis amicum  
 Fingitis et turpem nosmet amorem  
 Noctu furari, nocte foveri  
 Dulcibus illecebris quodque putatis  
 Vobis haud fidum gaudia mecum
- 90 Illum partiri foedere suavi,  
 Donamus veniam. Conscia forsan  
 Culpa reos stimulat, insuper attat

f) Metrum constans ex pentimemere heroica ex dactilo et spondeo *M*

- Ille vicem vobis reddet in istis.  
 Nam non dissimilem suspicionem  
 95 In vos forte tenet, nec satis audet  
 Talibus in furtis fidere vobis,  
 Et tamen interne vos scit amare  
 Nec quia diffidit, vos simul odit.  
 Optat enim castas riteque mundas  
 100 Vos casto et mundo vivere sponso  
 Regalique thoro corpore puro  
 Dignas felicem cernere lucem  
 Reginas superae caelitus aulae.  
 Sed quoniam novit saepeque legit  
 105 Mentem femineam mobile quoddam,  
 Anceps, fluctivagum, flabile monstrum,  
 Suspectus metuit perque timescit,  
 Ne vos postposito lumine tanto  
 Tamque beatificis oppido taedis  
 110 Spurcida queratis gaudia noctis  
 Et spreto summi principe caeli,  
 Pulchro immortali rege perenni  
 Suspiretis atrum, pulverulentum,  
 Foedum, putre solum, mortis alumnum,  
 115 Vermem, post modicum vermibus esum,  
 Servum infernalis doemonis hostis  
 Obsceno indigne crimine amare,  
 Talis ut in mundo spurca libido  
 Vos coitu sponsas deliciosas  
 120 Et nitidas regis cunctitenentis  
 Vosque Dei templum rite dicatum  
 Polluat, inficiat ac male perdat,  
 Quod pudet et fari, stercore tali  
 Sicque ferus, torvus, dirus, amarus,  
 125 Auceps ille ferox, furcifer, atrox,  
 Persuasor sceleris, pessimus hostis  
 Hic prius irrisas hicque reiectas,  
 Iure profanatas, iure sputatas  
 Una cum flente vosmet amante  
 130 Flentes perpetuo in tenebroso

98 diffidet *M*, korr. *DÜMMLER* 118 in mundo: *viell.* inmundo zu schreiben

107 perque timescit: *mit Tmesis für* et pertimescit

- Tartareo fundo, sulphure furvo  
 Torqueat infande omne per aevum  
 Tales tunc poenas solvere dignas,  
 Quae regem regum tempnere sponsum  
 135 Et simul aeterni gaudia regni  
 Ithic eligitis, plus et amatis  
 Cum probro turpi gaudia mundi  
 Foeda voluptatum fumigenarum.  
 Haec vobis metuit, quisquis amabit  
 140 Vos, vere vobis fidus amatis.  
 Haec timet et certus vester amicus,  
 Qui memet musam misit amicam.  
 Haec egomet metuo, quae inviolato  
 Foedere abhinc statui vosmet amare,  
 145 Nam meus ille suas vos scit amicas.  
 Et quia perplures, heu, mulieres,  
 Pro pudor, in tali crimine labi  
 Attractasque fero doemonis unco  
 Captivas vitii fune teneri  
 150 Novimus, ingemimus atque dolemus,  
 Non quimus paucis fidere vobis,  
 Quin et vos furvus aucupis hamus  
 Iam captas teneat sive capiscat,  
 Perpellens spurco nubere homullo,  
 155 Despecto Christo, rege supremo,  
 Ducturas merito tempore in isto  
 Vitam sollicitam ac miserandam,  
 Foedam, probrosam, suspiciosam,  
 Plenam dedecoris labe doloris,  
 160 Fletus, meroris, anxietatis,  
 Nique dato spatio tempore in ipso,  
 Quod dubium est, large nocte dieque  
 Flagitii maculam tergere tantam  
 Fletibus instetis et satagetis,  
 165 Ex hinc dilutam ducere vitam  
 Pure fructifice praenitideque,  
 Post mortem carnis, quam maculastis,  
 Tradendas diri dentibus Orci  
 Sero gemescentes, sero probantes,  
 170 Quid sit digna pati mecha, quid illi  
 Igne gehennali fauce baratri  
 Assit et omnigenum crebro malorum,

Ausa est quae dominum spernere sponsum  
 Seque in adulterium mergere tantum.  
 175 Sed quo diverti quo ve cucurri,  
 Musa procax studii? Non ego veni  
 Vobis tanta loqui carmine tali,  
 Sed vos alternis suaviter odis  
 Mulcere et gratis gutture neumis  
 180 Oreque formatis pangere vobis  
 Quiddam, quod gracili voceque dulci  
 Post hinc cantatum seu reboatum  
 Vos memores vestri reddat amici.  
 Quod fieri, caraे mis dominellae,  
 185 Si vultis, mihi iam dicite, quidnam  
 Malitis, melo me modulando  
 Psallere laetisono. Namque morando  
 Dum loquimur, propera labitur hora.

SORORES AD MUSAM<sup>g</sup>

Veneranda tu puella,  
 190 Cata, docta, pulchra, bella,  
 Soror alma, casta, cara,  
 Herimanni amica certa,  
 Nimis arguis misellas,  
 Nihilum tacendo, nonnas  
 195 Neque parcis ipsa amatis,  
 Veluti fatere nobis,  
 Heriman ut ipse durus  
 Videatur haec locutus.  
 Solet ipse nempe tali  
 200 Monitu suis iocari  
 Velut et iocans acerbo  
 Vitium notare morsu.  
 Misera, o, amica nostri,  
 Rea quae putat notari  
 205 Sua conticenda furta,  
 Tua cum iocantur orsa.  
 Etenim libenter ista  
 Capit aure turma nostra,

g) Metrum constans ex pirrichio et tribus trocheis *M*196 nobis: vobis *M, korr. DÜMMLER* 203 nostri: vestri *M, korr. DÜMMLER*

- Quia, quisquis odit acri  
 210 Vitiosa dente carpi,  
 Etiam tacendo prodit,  
 Vitii quid intus assit.  
 Age qua, camena, propter,  
 Avide audienda semper  
 215 Cane, poscimus, canore  
 Lepido, precamur, ore.  
 Melius sed ipsa nosti,  
 Quid oporteat sonari,  
 Quid et adiuvet canentem,  
 220 Mage plus vel audientem.  
 Ideo tibi quod ipsi  
 Placeat bonum scienti,  
 Cane cara, clange, canta,  
 Cupide audiemus, eia.  
 225 Potius vel ad rogandum  
 Remees adhuc amicum,  
 Quid ei magis canendum  
 Videatur aut docendum.  
 Quod enim fidelis ipse  
 230 Tibi suggeret benigne,  
 Positis iocis libenter  
 Capiemus aure semper.

MUSA AD HERIMANNUM<sup>h</sup>

- Tuae rogan sorores  
 Te care diligent,  
 235 Quo tu canenda dictes  
 Mihi et docenda mandes.  
 Amant enim remissis,  
 Ut asserunt, iocosis  
 Audire, quicquid ollis  
 240 Plus approbando mittis.  
 Nunc tu tibi placentem  
 Sententiae tenorem

h) Metrum iambicum dimetrum (diametrum *M*) anacreontium catalecticum constans ex tribus pedibus et sillaba; locis imparibus recipit iambum vel spondeum vel anapestum, paribus vero iambum *M*

217 nosti: nostri *M*, korr. DÜMMLER

234 care: Kürzung des auslautenden *e* im Adverb oder doch Vokativ?

Des, ipsa quem canendo  
Queam iugare rithmo.

### HERMANNUS AD MUSAM<sup>i</sup>

245 Prius, o mihi grata camena,  
Volo, dicas, quae tibi tanta  
Fuit illic causa morandi  
Tardeque ad me redeundi,  
Si nondum, ut forte putavi,  
250 Quae mandaram, cecinisti,  
Demum nunc atque reversa  
Hic percunctare canenda.

### MUSA AD HERIMANNUM<sup>j</sup>

Haec quid, queso, petis? Quid ista queris?  
Cum me dirigeres ad has sorores  
255 Perlaetas hilarem tui sodalem,  
Lusi certe mihi simulque risi,  
Par ipsis retuli, iocis rependi  
Ludens ipsa vicem. Quis ad iocantem  
Perstaret stupidus nihil locutus?  
260 Cum me teque suum iocose amicum  
Culpantes lepide forent adorsae,  
Nosmet dulcia confovere fulta  
Fingentes, precium referre dignum  
Ludis mox statui statimque coepi  
265 Fari, nos quod et has tenere cunctas  
Suspectas agimus, quod et veremur  
Illis spurcidulum, malum, profanum  
Furtum, quod miseras necat puellas  
Subtractasque Deo pio, supremo  
270 Sponso, illas zabulo dat execrando.  
Ridens et licet has darem loquelas,  
Nil parcens vitium tamen nefandum  
Carpesi dura merum profando verum.  
Nil ledens nitidas, pias, pudicas,

*M*      i) Metrum anapesticum constans ex tribus anapestis et sillaba sive ex posteriori parte heroici versus  
j) Metrum falleutium endecasillabum constans ex spondeo dactilo et tribus trocheis *M*

256 Lusi certe: certe lusi *M*, *korr. DÜMMLER*

256 certe: *Kürzung des auslautenden e im Adverb*

- 275 Mordebam luteas, lupas, petulcas.  
 Nostras non tetigi sciensve laesi,  
 Ni se forte reae, quod absit, ipsae  
 Tactas dente sciant vel indolescant.

HERIMANNUS AD MUSAM<sup>k</sup>

- Attat quam vereor, Melpomene soror,  
 280 Ne tu candidulas, musa, sororculas,  
 Certas, suaviloquas semper amiculas,  
 Verum fando nimis garrula feceris  
 Infensas, stupidas, turbidulas, feras  
 Nobis, quae potius suave sonantibus  
 285 Odis debueras firmius has meas  
 Sinceritas socias efficere ac tuas.  
 Demens nescieras, quod mera veritas  
 Gignat sepe odium? Quis, rogo, rancidum  
 Mordaci satyra te mihi dulcia  
 290 Persuasit, memora, radere pectora?  
 O, cur dulciculas, a, nimis asperas,  
 Ut fingo et vereor, reddideras, soror?  
 Post hinc noster amor transiit, ei soror.  
 Me quid te libuit mittere? Quid fuit,  
 295 A, quid, queso, fuit, quod mea compulit  
 Vota, ut te cuperem mittere, te canem,  
 Quae mordax acidis dentibus et feris  
 Ledens tot socias, quas adamantinas  
 Dudum credideram forsque putaveram,  
 300 Iratas faceres et mihi perderes  
 Illarum solitum mentis amorculum?

MUSA AD HERIMANNUM<sup>l</sup>

- Ludis insanisne, quid ista dicis?  
 Quodque ne veris stupidus vereris  
 Fatibus dulces tibimet sorores  
 305 Fecerim infensas? Et ob hoc in istas  
 Proruist stultas timidus querelas?  
 Meque culpari meritam putasti?

k) Metrum asclepiadeum constans ex spondeo et duobus choriambis et pirrichio *M*  
 saphicum endecassillabum constans ex trocheo spondeo dactilo et duobus trocheis *M*

l) Metrum

275 pedulcas *M*, korr. DÜMMLER

Nonne tu multo magis haec timendo  
 Arguis culpae nitidas nefande?  
 310 Et tuas culpas nimis ipse amicas,  
 Cum tibi pro his inimica fingis  
 Pectora illarum? Sine, queso, tantum  
 Dedecus nostris reputare caris.  
 Num putas illas ita subiugatas,  
 315 Pro nefas, turpi fore foeditati,  
 Ut furens, a, fas, petulans voluptas  
 Obruat tantis animos tenebris,  
 Cogat ut caras socias amicas  
 Probra cunctorum merito obloquentum,  
 320 Verba terrentum, flagra iudicantum,  
 Ventris instantem gravidi dolorem,  
 Anxium partum simul et pudendum,  
 Imminens magnum necis ac periculum,  
 Curam et effusi pueri occulendi,  
 325 Perpetes dirae gemitus gehennae  
 Omnibus poenis et ad haec hiantis,  
 Doemonum risum, Satanae cachinnum  
 Ista suadentis, cruciantis ista,  
 Atque postremo dominantem ab alto  
 330 Cuncta cernentem, truciter minantem  
 Caelitem sponsum dominumque Christum  
 Eius aeterni preciumque regni,  
 Angelos omnes superosque cives  
 Triste merentes facinus videntes  
 335 Spernere et mecho subici nefasto  
 Foetido, spurco, tragico Priapo  
 Turpe rudenti vel adhinnienti,  
 Eius infando fera cum libido  
 More se inflamat simul et catillat,  
 340 Quas subans pulcras capiat puellas  
 Irruat, pungat misereque perdat?  
 Absit hoc, absit, procul absit, absit,  
 Ut tuis caris sociabus istis  
 Ingeras tantum facinus nefandum,  
 345 Quatinus fingas tibi et extimescas

318 caros socios amicos *M*, *korr.* DÜMMLER327 doemonium *M*, *korr.* DÜMMLER336 spurcido *M*, *korr.* DÜMMLER 339 inflamat *M*, *korr.* DÜMMLER 341 pungat: purgat *M*, *korr.* DÜMMLER nach WATTENBACH

- Hoc ob offensas vel amaricatas,  
 Quod nefas tantum merito execrandum  
 Persequor veris nimium loquelis.  
 Namque si dulces suimet sodales  
 350 Ista dicentes odiunt, fatentes  
 Conscias certe maculas aperte  
 Proferunt ipsae. Precor unde, parce,  
 Parce, ne pro his ita suspiceris  
 Corda prolatis inimica nobis  
 355 Sint quod illarum potius piarum.  
 Crede tu menti bona diligentis,  
 Quod nimis veras adament loquelas,  
 Diligent omnes pia commonentes,  
 Quin magis per se lacerent sputentque  
 360 Omne non castum, petulans, pudendum.  
 Nonne colludens pariterque ridens  
 Sepe, quae dico, satis haec probando  
 Ipse tu nosti? Vitiumne acri  
 Crebro mordacique ioco notasti?  
 365 Et tamen castis, puto, non ab ipsis  
 Flebis abiectus, magis immo amatus  
 Ipse sinceris remanes amicis  
 Iunctus unito et amore certo  
 Usque dilectus et abhinc amandus.  
 370 Unde dimissis fatuis querelis,  
 Ede quam primum, mihi quid canendum  
 Censeas. Ipsae, puto, sicut aure  
 Memet expectant avida vel optant,  
 Ut canam quiddam redeundo iamiam.

HERIMANNUS AD MUSAM<sup>m</sup>

- 375 Vincis veris, musa, loquelis,  
 Fateor, vincis, sed tamen ipsis  
 Veris mordax plus nimis instas.  
 Nescio quicquam, quod tibi dicam.  
 Videas tantum, ne mihi carum  
 380 Agmen amandum semper in aevum  
 Aspera linguae verbere saevae  
 Ledere queras et mihi perdas.

m) Metrum constans ex IIII pedibus recipit spondeum locis omnibus, anapestum locis omnibus, dactilum quoque locis omnibus *M*

Nunc quia caraे memet amicae  
 Ipsaque tute vultis promere,  
 385 Quid reboandum quidve docendum  
 Ipsis dictem, ne modo peccem  
 Iudex lectus, pro sed ineptus,  
 Utile canta, casta camena,  
 Ludicra respue, seria prome,  
 390 Concine vani noxia mundi  
 Gaudia, nugas, plures naenias,  
 Pestes, mortes, mille labores!  
 Dic aeterni maxima regni  
 Gaudia, tantam lauda gloriam,  
 395 Suade talem carpere calle,   
 Qui nos gaudia ducat ad ista!  
 Moneas cunctum spernere pravum,  
 Vivere sancte, degere recte,  
 Mundus, pure, iuste, caste.  
 400 Haec et talia reboes, musa,  
 Haec, ut possis, concine nostris!  
 His et dulces, cara, sorores  
 Mulce ludens, noxia temnens!  
 Ipse benignus spiritus almus,  
 405 Quo sine nullum promere verbum  
 Utile quimus, tete caelitus  
 Instruat et te digna referre  
 Doceat dignis congrue verbis.  
 Iamque valeto atque studeto,  
 410 Ut petii te, iam pedes ire  
 Omnia, sodes, iam neque tardes.

#### MUSA AD HERIMANNUM<sup>n</sup>

Ardua, frater amate, mihi  
 Carmina praecipis indocili,  
 Quae neque mente iugare scio  
 415 Promere nec valeo eloquio  
 Raucidula neque voce queo

n) Metrum alemannium trimetrum dactilicum ypercatalecticum constans ex eptimemere dactilica id est tribus dactilis et sillaba *M*

410 pede *M* DÜMMLER

391 naenias: zweisilbig zu lesen

Pangere tanta labore meo,  
 Ni pius ille favore suo,  
 Quem rogitas, mea continuo  
 420 Spiritus adiuvet et doceat  
 Coepita benignus et instituat.  
 Qui dedit ipsa loqui, ut voluit,  
 Bruta animalia, cum voluit.  
 Sed quia me scio sordidulam  
 425 Omnimodis vitiisque ream,  
 Et mihi, care, nimis vereor,  
 Ne sacer ille, velut mereor,  
 Me fugiat procul et renuat  
 Despiciensque nihil doceat  
 430 Sicque relicta canendo cadam  
 Et male languida deficiam.  
 Unde nimis timeo incipere,  
 Quae stolida haud queo perficere,  
 Quae scio vincere posse meum  
 435 Perfragile et tenue ingenium.  
 Sed quoniam cupere ista tuum  
 Pangere me video arbitrium,  
 Constat et utiliora tuis  
 Haec fore talia dulciculis,  
 440 Spe retinens merito absque meo,  
 Pneumatis ut iuver auxilio,  
 Qui pius assolet assidue  
 Coepita iuvare benigna pie,  
 Aggrediar trepidante licet  
 445 Mente, tibi quod, amice, placet.  
 Promptula iamque tui studeo  
 Iussa capessere prout potero.  
 Tu modo, queso, precando pete  
 Pneuma sacrum fragili annuere,  
 450 Ne male turpiter et lutee,  
 Quae reboare iubes, temere  
 Perficiam. Simul atque vale,  
 Currere iam propero et canere.

426 Et: *viell. in Ei zu korr.* 441 Pnematis *M, korr. DÜMMLER* 450 male turpiter: nimium  
 male turpiter *M, nimium male DÜMMLER*

MUSA AD SORORES<sup>o</sup>

- Salve, cara mihi contio, quam cordetenus colo.  
 455 Ad te musa tui iam redeo concita amiculi  
 Cantatura tibi carmina, quae iusserat is mihi,  
 Qui te mire colit, diligit, amplectitur ac foveat,  
 Qui non ficte tuum semper honorem cupit intimum.  
 Attentis, precor, haec auribus et mentibus accipe  
 460 Et percepta tuo firmius haec credito corculo,  
 Ut post hinc memorem te Herimanni crebrius tui  
 Reddant sive salutis potius perpetuae tuae.  
 Et me si inlerido ore canam voceve raucida,  
 Non mox despicias ridiculo me neque despicias,  
 465 Noris sed potius, si melius possem et honestius  
 Essem docta, tibi concinerem multo libentius.  
 Sed nunc qualiacumque haec mea grate, rogo, suscipe,  
 Discens atque tene sicque mihi succine ‘Eia age’!

SORORES AD MUSAM<sup>p</sup>

- Soror eia,  
 470 Cane, canta,  
 Tibi quicquid  
 Pie iussit  
 Herimannus  
 Tuus, immo  
 475 Mage noster  
 Philadelfos !  
 Inhiantes  
 Etenim aures  
 Avidumque et  
 480 Cupiens cor,  
 Cata tu ca-  
 staque cantrix,  
 Tibi cunctae  
 Bona certe  
 485 Moniturae  
 Sicientes  
 Adhibemus.  
 Cane tantum

<sup>o</sup>) Metrum coriambicosaphicum constans ex spondeo et tribus coriambis et pirrichio *M*      <sup>p</sup>) Metrum constans ex ionico minore *M*

490      Neque nosmet  
           Teneas iam.  
           Soror eia,  
           Cane, canta!

MUSAE CARMEN EXORTATORIUM AD SORORES  
 DE CONTEMPTU MVNDI<sup>q</sup>

O sociae dulces mihi dilectaeque sorores,  
 Spernite mundanae gaudia vana viae!  
 495      Magno mari perparvula<sup>r</sup>  
           Inest velut pars guttula  
           Annisque mille percitum  
           Confertur hoc momentulum,  
           Sed sempiterno vivere,  
 500      Laetum sit an plorabile,  
           Haec vita, quae nos hic tenet,  
           Nec comparari praevalat.  
           Haec quippe velox transiet,  
           Illud perenne permanet  
 505      Ultraque summam plurimis  
           Fini haud propinquat seculis.  
           Haec vero nec brevissimo  
           Perstare quit minutulo,  
           Sed semper ad finem suum  
 510      Festine transit ultimum.  
           Ad terminum certae necis  
           Horis, minutis, athomis  
           Velut quibusdam passibus  
           Approximando currimus.  
 515      Nolim velimve cursito  
           Nec stare possum ullo modo:  
           Dum sillabam brevem loquor,  
           Iam sum neci vicinior.  
           Quid ista, queso, queritur?  
 520      Haec quidve vita dicitur?  
           Quam cautius qui perspicit,  
           Nil esse pene conspicit.

q) Metrum elegicum (eleaicum *M*)      r) Metrum iambicum dimetrum acatalecticum constans ex IIII pedibus; paribus locis recipit iambum, inparibus vero iambum vel spondeum vel raro anapestum *M*

506 seculis: seclis *M*, saeculis *korrig.* DÜMMLER 508 minutulo: in mutulo *DÜMMLER*

- Quid, queso, vita dicitur,  
Quae mortis ad finem datur  
525 Intelligi nobis via  
Euntibus brevissima?  
Haec si foret laetissima  
Et prosperis plenissima,  
Cui iure momentanea  
530 Possent placere gaudia?  
Stultissimus namque ille erit,  
Qui guttulam dulcem cupid  
Gluttire, amarum ut post mare  
Cogatur alvo condere.  
535 Sat stultus est et hic quoque,  
In athomo qui ludere  
Affectat, annos ut chile  
Necesse ei sit plangere.  
Non ille erit prudentior,  
540 Sed multo certe stultior,  
Qui respuens perennia  
Caduca querit gaudia.  
Sed querat ardens gaudia,  
Affectet amens prospера,  
545 Quod estuans miser cupid,  
In saeculo hoc non invenit.  
Quis namque ni stultissimus,  
Caecus, profanus, inscius,  
Si saeculum hoc consideret,  
550 Hic gaudia esse existimet?  
Certe est amarus omnibus  
Hic mundus ac se amantibus  
Querentibusque dulcia  
Semper rependit aspera.  
555 Quis posset admodum sciens  
Et scita facunde eloquens  
Referre, quae mundum tenent  
Et semper adversa imminent?  
Dolore matris nascimur,  
560 Dolore parvi pascimur,  
Nutrimur ac tenellulam  
Agimus dolendo infantiam.  
Deflemus instanter rudes,  
Egri, dolentes, flebiles
- Prosperitatem brevis vitae  
contempnendam*
- Mundum istum miseriis  
omnibus fore plenissimum*

- 565 Pecorique consimillimi  
 Sumus miselli et inscii.  
 Post si futuri quid sumus,  
 Crebro flagris gemiscimus  
 Et, quod labore discimus,  
 570 Sine hoc labore amittimus.  
 Mox ad malum promptissimi,  
 Sed ad bonum tardissimi,  
 Laboriose ac perperam  
 Duceamus omnem aetatulam.
- 575 Quis inter haec querat mala  
 Memorare millefaria,  
 Timentur istic quae omnibus  
 Vel accidentum mortalibus?  
 Terrena lucra querimus,
- 580 Sed sepe non acquirimus,  
 Adepta vel laboribus  
 Per mille casus perdimus.  
 Haec ignis, aer, haec aqua,  
 Haec ipsa tellus perfida,
- 585 Fur, belva, latro nequior  
 Vel quis rapit potentior.  
 Haec ingerunt insomnia,  
 Tormenta, curas, crimina  
 Pestemque multifariam,
- 590 Demunt sed haud penuriam.  
 Hic pauper, a, miser sitit,  
 Egens et alget, esurit,  
 Aeterna pene despicit,  
 Caduca querens non capit.
- 595 Hic ante dives oppido  
 Luxu redundat ebrio,  
 Sed perditis mox gazulis  
 Mendicat aut servit suis.  
 Incerta sic sunt omnia
- 600 Istius ḥevi commoda,  
 Pro quis modo exardescimus,  
 Aeterna pro quis spernimus.  
 Alius potens esse appetit  
 Et regna celsus concupit,
- De adversitate terrenis opibus  
accidente*
- De levitate terrenę potentię*

592 et: suppliert DÜMMLER

- 605 Ut obsequela plurium  
 Superbiat satellitum.  
 Sed culmen hoc reatibus  
 Plerumque adeptum pluribus,  
 Quot invehat miserrima  
 610 Mala, quę profetur ligula?  
 In hoc venena, trux spata,  
 Hostes, malorum milia,  
 Domestici atque extranei  
 Timentur omnes noxii.
- 615 Quot sint in hoc contraria,  
 Quot prava, quot pericula,  
 Testantur antiquissima,  
 Probant et hęc presentia.  
 Hoc Cirus, hoc et Darius,
- 620 Croesus, Iugurtha, Perseus,  
 Hoc fortis ipse Regulus,  
 Dolosus hoc scit Marius,  
 Hoc Nero sensit perfurens,  
 Valerianus ac Valens,
- 625 Hoc nuper exul et Petrus,  
 Hoc Ovo nunc scit mortuus.  
 Quid ergo fata talium  
 Pandunt cruenta principum,  
 Ni quod misella et frivola
- 630 Terrestris est potentia?  
 Ast hic honores telleos      *De terrenis honoribus*  
 Captans velut lętissimos  
 Optat timeri et undique  
 Ut dignior precellere.
- 635 Episcopatus appetit,  
 Abbatias ardens cupid  
 Vel tale quid, quo ceteris  
 Sit ipse formidabilis.  
 Quid est in hoc tam labili
- 640 Et honore despicibili,  
 Ni cura mordax et fera  
 Gravisque culpę sarcina?

605 plurium: *korr. aus -mum M*      616 pericula: -a von jüngerer Hand nachgetragen *M?*  
 620 Groesus *M, korr. DÜMMLER*    625f. Petrus ... Ovo: am Rand notiert eine jüngere Hand in *M*  
*Reges Ungariae post s. Stephanum*    640 Honore et *korr. DÜMMLER*

- Non est honor beatulus,  
Undis male set turbidus,  
645 Promotus in quo pessimus  
Plus spernitur quam vel prius.  
Amamus at plures vagam      *De vanitate humane laudis et  
Optando mundi gloriam,*  
Laudes caducas anxius  
650 Ardendo concupiscimus.  
Pro his opes dispergimus,  
Pro his bonis insistimus  
Factis malumque tempnimus,  
Dum probra pertimescimus.  
655 Pro, corde quam pinguescimus,  
Si laus resultet auribus,  
Decrescit, a, quam mens vaga,  
Dum nostra carpuntur mala.  
Rumore dulci pascimur,  
660 Mutatur hic, irascimur.  
Dici boni medullitus,  
Aut simus aut non, querimus.  
Sed quid potest, a, turpius  
Dici vel esse nequius,  
665 Quam quod videri vult bonus,  
Qui foetet intro pessimus?  
Prodest sed, o, quidnam bono  
Si laude tollatur viro,  
Quid perdit aut homullulo  
670 Culpatus a stultissimo?  
Hoc namque vulgus mobile  
Aggariens inprovide  
Merito absque laudat quemlibet  
Capitve stulte quem placet.  
675 Quis ergo testimonio  
Sumpto Dei verissimo  
Deberet hanc vanissimam  
Amare coenodoxiam?  
Licet sed hanc ardentius

644 male set: malet *M*, korrigiert *DÜMMLER* nach WATTENBACH      650 concupiscimus:  
concupisimus *M*, korrigiert *DÜMMLER*      651–654 hinter 672 in *M*, Verweiszeichen verlangen die  
Insertion an dieser Stelle. *DÜMMLER* ignorierte die zeitgenössische Korrektur und beließ die Verse  
in Parenthese hinter 672. Hinweis Heinz Erich STIENE, Köln      672 Aggariens: *M*, Aggariens  
*DÜMMLER* versehentlich. Hinweis Heinz Erich STIENE, Köln

- 680 Affectet atque obnixius,  
A pluribus contemnitur  
A plurimisque carpitur.  
Et sic nec hanc fumaticam,  
Solam putat quam gloriam,  
685 Veram nec in caelestibus  
Acquirit hic spretam prius.  
Nam qui caducis laudibus  
Extollitur non providus,  
Laudes tumens interminae  
690 Perdet futuras gloriae.  
Adhuc voluptas omnibus  
Amatur a mortalibus.  
Hac absque nos miserrimi  
Nobis videmur anxii.  
695 Haec nos perennis patriae  
Vitam facit contemnere,  
Habere ceu nil gaudia  
Nos suadet, heu, caelestia.  
Haec infimis incumbere,  
700 Haec ima cogit querere,  
Haec carnis huius servulos  
Nos efficit spurcissimos.  
Haec edocet nos gaudia  
Amare momentanea  
705 Tantumque nos hic prospera  
Captare vult et dulcia.  
Dulcedo sed praesentium  
Amara quam sit omnium  
Quantisque mixta turbidis,  
710 Quis signet ullis literis?  
Nam quot malorum milia  
Adversa, dura et aspera  
Hic imminent mortalibus,  
Quis explicet sermonibus?  
715 Hic vermis, anguis, belva, avis,  
Frigus, calor, fames, sitis,  
Aqua, ignis, aer, terra, vis,  
Tonitus et horror fulminis,

*De adversitatibus terrenam  
voluptatem amaricantibus*

684 putat quam: quam *M*, quam querit *DÜMMLER*  
*DÜMMLER*

691 Marginalie: voluptati *M*, korr.

- Casus, venena Thessala,  
 Ars, tela, trux discordia,  
 Truncatio, ardor bellicus,  
 Captivitas et servitus,  
 Hic tanta morborum agmina,  
 Horum quot atra nomina  
 720      Nec archiatri plurimis  
           Proferre quibant in libris.  
           Quid plura? Quicquid vivimus  
           Seu quicquid hic senescimus,  
           Est cura, meror, taedium,  
 725      Morbus, metus, dolor, malum.  
           Sed inter haec formidinum      *De iugi timore mortis*  
           Formido restat omnium,  
           Qua mortis atrae terminum  
           Semper timemus ultimum.  
 730      Nullus potens se in urbibus  
           Subducet huic sublimibus,  
           Nullus se inops domunculis  
           Furatur huic in infimis.  
           Huic sexus, aetas, dignitas,  
 735      Doctrina, virtus, sanitas,  
           Opes, honores, omnia  
           Erunt, id est mortalia.  
           Tot haec modis crudelibus  
           Et mortium tot milibus  
 740      Minatur, ut nullus sciat,  
           Timere quam magis queat.  
           Cuncti timemus omnia  
           Tam dira mortis agmina,  
           Satis sit unam ut perpeti,  
 745      Quam tot metus diu pati.  
           Haec sepe sic cita insciis  
           Venit quibusdam improvidis,  
           Ut nullus ex nobis sciat,  
           Momento in hoc quin irruat.  
 750      Haec sola, tu quid sis, homo,  
           Ostendit, quicquid et modo  
           Curas, cupis, percogitas,  
           Caduca cum desideras.

756 et: *suppliert DÜMMLER*

- Patres, propinquos, filios,  
 760 Fratres, amicos mortuos  
 Memento teque hic vivere  
 Noli diu confidere.  
 Sepulcra cerne principum  
 Olim nimis praedivitum  
 765 Et, quid sit haec, statim probas,  
 Voluptuosa vanitas.  
 Ubi Ninus, Arbaces, Cirus,  
 Ubi nunc Alexander ferus?  
 Octavianus, Iulius  
 770 Clarusque noster Karolus?  
 Ubi omnis hic potentium  
 Superbus ardor omnium?  
 Certe omnis ad pulvisculum  
 Perductus est levissimum.  
 775 Vermes vorarunt carneam  
 Tunc purpuratam gloriam.  
 Et quae superba tunc fuit,  
 Ceu non fuisset, transiit.  
 Curiae, voluptates, opes  
 780 Evanuerunt flabiles.  
 Caro putrefacta est iam cinis,  
 Mens mancipata est inferis.  
 Quae quesierunt, non habent,  
 Neglecta perpetim tenent.  
 785 Carent adeptis per mala,  
 Sed ipsa inherent crima.  
 Iam sero dudum plangitant,  
 Aeterna quod despexerant  
 Et summa quae putaverant,  
 790 Caduca quod dilexerant.  
 Terrena qui desideras,  
 Hos si vigil consideras,  
 Profecto cernis, quod cupis  
 Hic, quid sit et quid ipse sis.  
 795 Hoc namque quod mors ultima  
 Ipsos et ipsorum omnia  
 Effecit, hoc celerrima  
 Iam iam facit tete ac tua.

775 vorarant *M*, korr. DÜMMLER

- Hanc ergo pertimescimus,  
 800 Timendo et hanc praecurrimus  
 Omnes necem, quae gaudia  
 Sic diruit praesentia.  
 Prodest sed o quidnam, rogo,  
 Quod hanc timemus oppido?  
 805 Hoc non magis se differet,  
 Timeamus annon, imminet.  
 Quapropter haud timenda erit,  
 Quod nempe nulli proderit.  
 Sed est studendum, ne reos  
 810 Nos tollat aut iam mortuos.  
 Est namque multo nequior  
 Mors altera et crudelior.  
 Evadere hanc sed possumus,  
 Si fortiter studebimus.  
 815 Sed hanc miselli spernimus,  
 Hanc nec vel esse credimus,  
 Quin immo concupiscimus  
 Morique dulce ducimus.  
 Verumtamen nequissima  
 820 Et omnium est miserrima,  
 Qua vita vera nos fugit  
 Animamque Christus deserit.  
 Nam ut vita carnis spiritus,  
 Sic spiritus vita est Deus,  
 825 Sed spiritus peccans pium  
 Vitam sui pellit Deum.  
 Haec illa mors est pessima,  
 Deum fugant qua crima,  
 Quae carne post et mortuos  
 830 Trudit reos in inferos.  
 Haec quippe post perplurima  
 Et dura vitae huius mala  
 In Tartarum perennibus  
 Malisque tradit omnibus.  
 835 Apostata ille sed ferus      *De insidiis diaboli*  
 Torvus malignus invidus  
 Hanc mille fallendi artibus  
 Mortem ingerit mortalibus.

808 proderet *M*, korr. DÜMMLER 822 christe *M*, korr. DÜMMLER

- 840 Livore quippe exaestuat,  
Ne terra carnis provehat  
Sese ad superna gaudia,  
Quae illi abstulit superbia.  
Idcirco more circuit  
Leonis ac dirum fremit,  
845 Cui mortem amaram hanc inroget  
Secumque perdendum voret.  
Non hora, non punctus meat,  
Quin excubans hiangsque eat,  
Quem glutiat querens male  
850 Culpa peremptum vulnere.  
Ad haec patranda plurima      *De vitiis*  
Asciscit, heu, suffragia,  
Quorum queat iuvamine  
Nosmet misellos perdere.  
855 Sed inter haec saevissimi  
Hostes furunt domestici,  
Qui mentis in nostrae domo  
Nos enecant truci modo.  
Regina quorum pessima      *De superbia*  
860 Bachatur, a, superbia,  
Cunctis malis plus noxia  
Longeque crudelissima.  
Tantum haec mala omnia anteit,  
Ipsum tirannum ut fecerit  
865 Ex angelo diabolum  
Pulcherrimo tetterimum.  
Haec dum parentes pristinos,  
Vellent ut extolli in deos,  
Fallendo dira perpulit,  
870 Paradisi amoenis expulit.  
Haec nos et omnes provocat,  
Ut quisque nostrum non queat  
Pensare se mortalibus  
Simillimum fore omnibus.  
875 Haec dum caducis fratribus  
Praeferre nos vult omnibus,  
Subdit repulso doemoni

840 proheat M, korr. DÜMMLER 852 asciscit M, korr. DÜMMLER 875 Haec: Nec M, korr.  
DÜMMLER

- Similes superbienti ei.  
 Haec quosque suadet spernere  
 880 Et infimos mox credere,  
 Quos nugulis in his minus  
 Nobis valere cernimus.  
 Haec dona transeuntia  
 Habere nos ut propria  
 885 Extolli in his et altius  
 Docet velut perennibus.  
 Haec non sinit perpendere  
 Quod dans Deus strictissime,  
 Cui plura largus hic dedit,  
 890 Et plura ab hoc exigit.  
 Haec nos iubet, quo praeclues  
 Credamus et praenobiles,  
 Nostri patres vanissima  
 Si plura habebant hic bona.  
 895 Haec nostra nos primordia  
 Pensare non vult infima,  
 Quod procreavit nos homo  
 Unus creatus ex humo.  
 Haec ipsa nobis terminum  
 900 Abscondit, a, citissimum,  
 Quo pulvis hic carnis suum  
 Redibit in cinisculum.  
 Haec purpura, auro, pluribus  
 Care coemptsis vestibus  
 905 Truncum hunc adornat carneum  
 Iam iam sepulchro debitum.  
 Haec terream potentiam  
 Opes, honores, gloriam  
 Et cuncta, quis extollere  
 910 Nos quimus, ardet querere.  
 Haec ipsa nos virtutibus  
 Ipsisque iustis actibus  
 Suadet cor altum tollere  
 Et sancta facta perdere.  
 915 Haec nos vetat, quod conditor  
 Noster bonorum sit dator,

890 plurā ab hoc: *viell. ist ein Monosyllabum ausgefallen* (plura ab hoc hic?) exiget M,  
*korr. DÜMMLER*

- Videre, quodque absque illius  
 Dono relict i nil sumus.  
 Haec vana sic ignobilem
- 920 Virtute, censu pauperem  
 Quendam elevat, quo nesciat,  
 Quare tumens superbiat.  
 Haec nos vidente iudice  
 Dominoque nostro caelite
- 925 Facit superbis cordibus  
 Praecepta spernere illius.  
 Quid pluribus moror? Mala  
 Haec sola gignit omnia,  
 Mentem necant quae perditam
- 930 Deo perenni mortuam.  
 Sed principales filias  
 Septem educat nequissimas,  
 Quae singulae duces suum  
 Ductant ferocem exercitum.
- 935 Quarum furit simillima  
 Matri atra coenodoxia,  
 Quae laude nos et gloria  
 Pasci iubet vanissima.  
 Haec gazulis, potu, cibo,
- 940 Scientia, verbis, stilo,  
 Gestu, loquela, vestibus  
 Servit caducis laudibus.  
 Haec ipsa vitat pessima  
 Agitque item pro gloria.
- 945 Quicquid gerit, popelluli  
 In ore ponit garruli.  
 Haec ipsa facta nos bona  
 Pro laude ventosissima  
 Vulgi perurguet vendere
- 950 Fructum et perennem perdere.  
 Haec non sinit perpendere,  
 Quam frivolum, quam mobile,  
 Quam percitum, quam sit vagum  
 Rumoris huius premium.
- 955 Sed hanc in cordis abdita
- De VII principalibus vitiis et  
primo de vana gloria*
- De invidia*

924 calite *M, korr. DÜMMLER*      933 dulces *M, korr. DÜMMLER*      934 ferorem *M, korr. DÜMMLER*  
 948 ventissima *M, korr. DÜMMLER*

- Mens insequetur invida,  
 Quae nos amara et fellea  
 Intro inficit vesania.  
 Haec doemonis more, a, malis  
 960 In proximi miserrimis  
 Accrescit, eius et bonis  
 Decrescit atque prosperis.  
 Haec sepe nulli praevalens  
 Nocere, se rodit dolens,  
 965 Poenas luens duplas modo  
 Et in futuro saeculo.  
 Haec corpus et cor atterens  
 Virtutum amoena conterens  
 Perpellit ad nefaria  
 970 Persepe captos plurima.  
 Hoc pessimum ac dirum nefas  
 Dum mentis occupat casas,  
 Regina virtutum fugit  
 Et caritas nos deserit.  
 975 Quae si recesserit, tremit  
 Mox omnis et virtus fugit  
 Aut molliter pigre et nimis  
 Monstris resistit intimis.  
 Mox ira perfurens venit                  *De ira*  
 980 Et mentis ima concutit  
 Conturbat atque concrepans  
 Obcaecat et cor estuans.  
 Haec nos furore tam fero  
 Inflammat, eheu, sedulo,  
 985 Ceu nescientes ut mala  
 Ardendo agamus crimina.  
 Haec ipsa turbat iudices  
 In iudicando praepetes,  
 Ne lex eos nel mos regat,  
 990 Furor sed in praeceps trahat.  
 Hanc clamor, indignatio,  
 Lis, iurgium, contentio,  
 Odium, ultiones, prelia,  
 Nefanda parricidia,

956 invidia *M*, korr. DÜMMLER      972 casas *M*, korr. DÜMMLER nach WATTENBACH, vgl.  
 1302

- 995 Hanc tanta dirarum agmina  
 Secuntur infestissima,  
 Expellat ut prorsus sacram  
 Bachando sufferentiam.  
 Post hanc frequenter irruet      *De tristitia*
- 1000 Mens tristis atque proteret  
 Solamen et piissimum  
 Vitae perennis gaudium.  
 Haec pro caducis nugulis  
 Deo volente perditis  
 1005 Vel morte mortalis pium  
 Peccare cogit in Deum.  
 Hanc cura, meror, taedia,  
 Luctus, metus, vesania  
 Et ipsa desperatio  
 1010 Comitantur infando modo.  
 Haec omne praesentis bonum  
 Pessumdat aevi et gaudium  
 Et ad futuri tristia  
 Post pertrahet perennia.
- 1015 Sed inter has duces suam      *De avaricia*  
 Matrem dein superbiam  
 Aequans furit nequissima  
 Fremitque philargiria.  
 Haec quanta captos ad mala  
 1020 Perpellat atque pessima,  
 Quantoque sternat vulnere,  
 Quis praevalet retexere ?  
 Haec nos anhelanter lucra  
 Cunctis modis terrestria  
 1025 Cogit sitire et querere  
 Ac summa prorsus spernere.  
 Haec pro lucello labili  
 Omnis metus periculi  
 Terra, mare, igne et aere  
 1030 Ceu nil facit contemnere.  
 Haec verba, probra, vulnera,  
 Poenas, calores, frigora,

1016 suppliert DÜMMLER nach WATTENBACH, Lücke in M, suam ergänzt eine jüngere Hand  
 1027 hier setzt G ein

1029 mare: *Abl.*

- Curas, labores, omnia  
Perversa spernit et bona.  
1035 Hanc fraus, dolus, penuria,  
Furtum, rapinae, incendia,  
Homicidia atque crimina  
Passim secuntur omnia.  
Haec devorasset quamlibet  
1040 Opum omne, quod mundus tenet,  
Adhuc egens et anxia  
Esset sibi paupercula,  
Haec pro deo nummum colit,  
Quem corde toto diligit,  
1045 Quem queritat laboribus  
Cunctisque semper viribus.  
Haec abnuit nos cernere,  
Quam sit caducum et labile  
Sub sole quicquid infimum  
1050 Amamus ipsum et saeculum.  
Haec cordis obstat auribus,  
Christi sacris ne vocibus  
Obtemperent, qui terream  
Iubet relinqui sarcinam,  
1055 Qui vult suos hinc currere,  
Non hic amando insistere,  
Victu esse contentos mero  
Et indumenti operculo  
Et quicquid his superfluum  
1060 Redundet, hoc egentium  
Usus receptet, maxima  
Ut ipse donet premia,  
Sed pestis haec clamantium  
Contemnit ora pauperum,  
1065 Suadetque te recondere,  
Quicquid queas acquirere;  
Non, quot modis haec perdere  
Soles, sinit perpendere,  
Mortem nec ipsam iam prope,  
1070 Quae cuncta cogit linquere.  
Non vult, ut haec in premio

1058 operculo: *G*, opericulo *M*, *korr.* DÜMMLER  
DÜMMLER adquirere *G*

1066 queas: *G*, fehlt *M*, ergänzt

- Gaudens resumas caelico,  
 Sed hic relinquas iam cito  
 Tradendus ipse Tartaro.
- 1075 Haec dira tunc iustissima  
 Sibi videtur ac pia,  
 Alienā si non auferat  
 Sua atque secum congerat,  
 Non cogitans, Christo reus
- 1080 Quod sit rapinae, qui ferus  
 Donanda lucra pauperi  
 Tenenda congregat sibi.  
 Nam plura cui Deus dedit,  
 Soli tenenda haud tradidit,
- 1085 Sed indigenti ut omnia  
 Donet sibi superflua.  
 Sed Eumenis haec pessima  
 Sibi retentans omnia  
 Mox morte cunctis perditis
- 1090 Gemit perenne in inferis.  
 Has pertruces intrinsecus  
 Formidat hostes spiritus.  
 Restant duo communia  
 Et mentis et carnis mala.
- 1095 Quorum prior saevit fera      *De gula*  
 Gulosa gastrimargia,  
 Quae prima nos servos necis  
 Fecit cibum per arboris.  
 Haec imperat, quo maximus
- 1100 Summusque venter sit deus,  
 Placetur hic et pro deo  
 Potu ciboque sedulo.  
 Non haec hians considerat,  
 Natura quid parce petat,
- 1105 Sed quod balatro postulat,  
 Luxus catillans queritat.  
 Doctos requirit haec cocos,  
 Potus, cibos lautissimos  
 Modisque multis cogitat,
- 1110 Alvi specum qui farciat.

1078 secum atque *M DÜMMLER* 1096 castrimargia *M G, korr. DÜMMLER* 1110 speccum *M DÜMMLER*

- Non ista gazis, praediis,  
 Laboribus, periculis  
 Parcit, voracem quin cibis  
 Ventrem impleat superfluis.
- 1115 Procurat ergo, ditia  
 Ut vermbus convivia  
 Carnis sagina in putrida  
 Defuncta demus victima.  
 Haec sepe tantis potibus
- 1120 Ingurgitat se funditus,  
 Ut perpetret perplurima  
 Insaniens nefaria,  
 Sensum sed obtundit scium  
 Sanctumque pellit spiritum,
- 1125 Qui casta, pura, sobria  
 Amat sacer praecordia.  
 Princeps cocorum fortia  
 Destruxit urbis moenia,  
 Venter vorax munimina
- 1130 Evertit, a, mentis bona.  
 Nam cum capit mentem gula,  
 Secuntur et mox ludicra  
 Inepta, verba turpia  
 Et vana mundi gaudia,
- 1135 Oblivio aeterni Dei,  
 Vitae, necis, Stigis, sui,  
 Infirmitas, molestia  
 Menti atque carni plurima.  
 Sed et furens venifica
- 1140 Carnis voluptas putida  
 Hac excitante nascitur,  
 Hac nutrita pascitur.  
 Haec septima extat filia  
 Superbiae spurcissima,
- 1145 Haec et libido noscitur  
 Eademque luxus dicitur.  
 Haec quanta captos ad mala  
 Perpellat immundissima,  
 Nulli fit explicabile,
- 1150 Sed omnibus plorabile.
- De luxuria sive libidine*

1128 destruit DÜMMLER *irrtümlich* 1139 venefica G 1148 inmundissima G

- Haec namque corpus labile,  
 Mortale, computibile  
 Suadet foveri molliter  
 Et inquinari enerviter.  
 1155 Blanditur haec obtutibus  
 Multis modis et auribus,  
 Nares et os coinquinat  
 Tactumque totum sordidat.  
 Haec maxime omnes dulcibus  
 1160 Nos illicit praesentibus  
 Et post amaris omnibus  
 Intrudit infernalibus.  
 Haec laeta, pulcra, prospera  
 Adoptat hic brevissima,  
 1165 Adversa, foeda, tristia  
 Post inferens longissima.  
 Haec ista dum labentia  
 Amat brevis mundi bona,  
 Bonis carens perennibus,  
 1170 Tradit malis nos omnibus,  
 Non pervidere nos sinit,  
 Quam noxium malumque sit  
 Pro pseudodulci guttula  
 Potare amara intermina,  
 1175 Pro gaudio falso et brevi  
 Perenne triste mox pati  
 Risuque pro momentuli  
 Dari per aevum luctui.  
 Contraque quam perobtimum  
 1180 Sit quamque prudentissimum,  
 Lugere nunc in athomo  
 Laetari et omni in saeculo,  
 Nunc triste ferre percitum  
 Mox et perenne gaudium,  
 1185 Gustare amaram stillulam,  
 Potare vitam melleam,  
 Si et iure amarum tristeve  
 Luctumque quimus dicere,  
 Bonis quod hic laetissimum  
 1190 Videlur ac suavissimum.

1156 auribus: hier endet das erste Bruchstück in G 1181 athamo M, korr. DÜMMLER

- Nam vita casta et sobria  
 Piis erit facillima  
 Onusque regis et iugum  
 Salvantis est levissimum.
- 1195 Itemque mundi nugulae,  
 Ut sunt, videntur anxiae  
 Eiusque vana gaudia  
 Amara, dira, tristia.  
 Sed haec voluptas foetida
- 1200 Et omnium stultissima  
 Amara dicit dulcia  
 Ac prava mentitur bona,  
 Secura credit anxia  
 Et laeta fingit tristia,
- 1205 Vitam probam miserrimam  
 Foedamque felicissimam  
 Et eligit falsissima  
 Et gaudia hic brevissima,  
 Incurrat ut verissima
- 1210 Ac sempiterna tristia,  
 Perdens amoena dulcia  
 Aeterna vera gaudia,  
 Quae promerentur tristibus  
 Istis, licet non tristibus.
- 1215 Delusa sicque perditos  
 Deludit, a, misellulos  
 Caecosque pseudodulcia  
 Ad multa ductat crimina.  
 Somno iugi nos stertere
- 1220 Vagaque mente ludere  
 Facit, pigros et ad bonum,  
 Sed esse alacres ad malum,  
 Deum perenne et premium  
 Sperni velut fantasticum
- 1225 Et ista transeuntia  
 Coli velut manentia.  
 Iam vero quam spurcissime  
 Nos polluat libidine,  
 Magis dolendum est lugubre
- 1230 Quam concinendum criminе.  
 Multos enim tam nequiter  
 Pessumdat atque turpiter,

- Mulis, asellis atque equis  
Exequet hos ut infimis.  
1235 Non lege naturae tenet  
Se, non pudore continet  
Homines, Deum, malum, bonum  
Ipsumque temnit Tartarum.  
Qui castitati debito                   *De coniugiis religiosorum*
- 1240 Stant celibes celso in loco,  
Incontinentes efficit  
Casuque foedo deicit.  
Summum Deum nequissime  
Sponsum facit contemnere
- 1245 Et turpiter cum terreo  
Suadet coire homunculo.  
Non cogitare, pro, sinit,  
Quam pessimum foedumque sit  
Tanto tonanti deditam
- 1250 Mecho subesse adulteram.  
Ipsos sacerdotes Dei  
Monachosque lapsu flebili  
Propulsat alto, a, culmine  
Truci peremptos vulnere,
- 1255 Non pervidentes, quale sit,  
Ut summa qui suscepit,  
Vita graduve corruat  
Et ima deiectus petat,  
Quam sit scelestum corpore
- 1260 Spurco et manu popismate  
Ad templum et aram accedere  
Christique corpus tangere.  
Sed haec voluptas perditos  
Peiora adhuc in clericos
- 1265 Audet, coequans laicis  
Hos in malo spurcissimis.  
Quid multa? Passim plurima  
Trahit necatque milia  
Furens in omni pessime
- 1270 Sexu, gradu vel ordine.  
Inops coactus publicam                   *De iniquis coniugiis laicorum*  
Uxorem habet fors unicam  
Et vel timore nuptiis  
Parumper utetur pii.

- 1275 At dives unam vel duas  
 Aut concubinas plurimas  
 Constuprat haud explebili  
 Deserviens libidini  
 Et his stupris incumbere  
 1280 Non pertimescit publice:  
 Eius velut iustissimus  
 Superbiae parcat Deus.  
 Cedant honori flexiles  
 Eclesiae nunc principes:  
 1285 Tu, Christe, damnas divitem  
 Ut fornicantem pauperem.  
 Procul profanat putidos  
 Lex sancta fornicarios,  
 Quae coniugem expelli vetat,  
 1290 Ni mecha sese polluat.  
 Sed hic tumens superbia  
 Post concubinarum agmina  
 Tandem putat, legaliter  
 Quod ducat uxorem miser.  
 1295 At fornicator improbus  
 Est, est gehennae debitus,  
 Ni certet hic se acerrima  
 Punire poenitentia.  
 Quid, a pudor longissime  
 1300 Iam pulse, possum dicere?  
 Libido, pro, furens tuas  
 Omnes tenet iam iam casas.  
 Nil lex, pudor, timor valet,  
 Libido totum possidet.  
 1305 Iam pauca Christus ipse habet,  
 Libido totum possidet.  
 Non coniugi coniunx sua  
 Prolis creandae gratia  
 Placet, sed ut putribili  
 1310 Fiat satis libidini.  
 Nec sola ei iam sufficit,  
 Quamquam satis superque sit,  
 Sed concupit iuvenculas  
 Novasve turpis feminas.

1275 unam unam *M, korr. DÜMMLER*

- 1315 Nec hoc sat est, in liberas  
 Sed hinniat mulierculas:  
 Alienā coniunx sternitur  
 Propinqua et ipsa perditur.  
 Sed est parum, si terrei  
 1320 Corrumptur thorus viri,  
 Temerantur ipsae nobiles  
 Regis superni virgines.  
 Vix quodque quis vel servulo  
 Audet caloni rustico  
 1325 Inferre, Christo non timet,  
 Sponsas cum eius permolet.  
 Natura nec iam continet  
 Sexusve multos, heu, pudet,  
 Nil iam pudendum spurcidis,  
 1330 Peccatur infandis modis.  
 Iam, pro dolor, gentilium  
 Enormitate criminum  
 Vitam et scelestis actibus  
 Aequamus aut devincimus.
- 1335 Acri poetae plurima  
 Stilo notant nefaria,  
 Quae sola natura oderat  
 Carpenda quaeque ostenderat.  
 Sed christiani nomine  
 1340 Qui dicimur falsissime,  
 Loti sacro baptimate,  
 Sed reinquinati crimine,  
 Praecepta qui scimus Dei,  
 Qui sponsione debiti  
 1345 Nostra tenemur, qui bona  
 Discernimus vere et mala,  
 Qui et igne terremur Stigis,  
 Caeli et vocamur premiis,  
 Qui signa plura vidimus,
- 1350 Exempla qui conspeximus,  
 Nos, inquam, amanda funditus  
 Mandata Christi spernimus.  
 Nos pessimis et inscios  
 Factis praeimus etnicos.
- Quanta inter christianos  
 crimina regnent*

1316 Sed: *M*, zu Si korr. DÜMMLER 1324 calor *M*, korr. DÜMMLER nach HAUP<sup>T</sup>

- 1355 Natura sola illos magis  
 Probris retraxit spurcidis,  
 Plerosque quam nostrum omnia,  
 Quae novimus, Dei bona.  
 Nos ut queamus sordide  
 1360 Vitam suis hic ducere,  
 Poenas perennes spernimus,  
 Aeterna regna temnimus.  
 Tantum gehennae filius  
 Nos laudet hic homunculus,  
 1365 Nostri in malo simillimus,  
 Sed ad bonum stultissimus,  
 Si laudet an non nos Deus  
 Cuncti et superni spiritus  
 Omnisque sanctorum chorus,  
 1370 Ceu nulla parvipendimus.  
 Nam pro baburra gloria  
 Cum sepe patramus mala,  
 Laudat malos bachantium  
 Perparva pars mortalium.  
 1375 Sed ipse despicit Deus  
 Omnisque caeli exercitus,  
 Persuasor ipse pessimus  
 Malique spernunt spiritus.  
 At nosmet hic fumaticam  
 1380 Ipsamque stultam gloriam  
 Praeponimus summo Deo  
 Et sempiterno gaudio.  
 Tantum voluptas polluat  
 Et vanitas haec provehat,  
 1385 Post athomum hanc contemnimus,  
 Quid dicat aut reddat Deus.  
 Patramus audacter mala,  
 Quae Christus odit, crimina  
 Modis nefastis spernimus  
 1390 Hunc fors nec esse credimus.  
 Tales facit superbia  
 Nos perditos nequissima  
 Eiusque septem pessimae,  
 Quas diximus iam, filiae.
- Quanta potestate vitiis pollutos  
 diabolus possideat et ad  
 quaelibet nefaria ducat*

1371 babursa *M*, korr. DÜMMLER 1393 Eius *M*, korr. DÜMMLER

- 1395 Hae namque nos cum ceperint  
 Sibique subiugaverint,  
 Cunctis malorum milibus  
 Nos sordidant intrinsecus  
 Et mox suo nos principi  
 1400 Tradunt maligno doemoni,  
 In corde nostro congruam  
 Dantes ei domunculam.  
 Qui latro cum possederit  
 Mentem malisque inpleverit,  
 1405 Mox quaeque virtus profugit  
 Occisa vel prorsus cadit.  
 Mox ipse virtutum Deus,  
 Qui vera vita est, spiritus  
 Immunda corda deserit  
 1410 Mori volentes et sinit.  
 Illic quid ille fecerit,  
 Quo tale stercus foetuit,  
 Quo doemoni parebitur  
 Et ipse prorsus spernitur?  
 1415 Non ergo rex castissimus  
 Sanctusve praesto est spiritus  
 In mente, quam luxus habet  
 Monstrum vel unum horum tenet,  
 Quanto minus quo talia  
 1420 Et tanta regnant crimina,  
 Nunc quanta perditи ambitus  
 Vastare mundi cernimus?  
 Sed vita quoniam hic adest,  
 Profecto dira mors inest  
 1425 Et mortis autor pessimus  
 Eiusque trux exercitus.  
 Hic vero quantum sordidet  
 Possessa corda, quae tenet,  
 Diversa quamque distrahat,  
 1430 Scire aut referre quis queat?  
 Haec namque persepe ad mala  
 Ductat trahens contraria,  
 Vesana quo mens nesciat,  
 Quod crimen eligens agat.  
 1435 Ferox enim Satan eques  
 Chamo capistratam insidens,

Quae vult furens ipse omnia  
 Vertit sequentem ad sordida,  
 Sic de malis ad pessima,  
 1440 De spurcidis ad spurcida  
 Deflectit, a, dum Tartarum  
 Dimerget hanc in igneum,  
 Nec sepe curat aut timet,  
 Si perparum recalcitret,  
 1445 Mox hanc sciens sequi ut prius  
 Punctam sui calcaribus.  
 Quin ipse fictis sepius  
 Tollit hanc sinit virtutibus,  
 Ut sublevata celsius  
 1450 Praeceps ruat mox turpius.  
 Firmis enim suetae necis  
 Eam retentat vinculis  
 Et quaeque vult ad noxia  
 Perpellit illam crimina,  
 1455 Depellit at vera omnia  
 Ex corde virtutum bona  
 Vel polluit teterrimis  
 Infecta noxarum malis.  
 Sanam nec ipsam principem  
 1460 Perstare permittit fidem,  
 Mentem, Satan, qui flebilem  
 Constuprat usque ad verticem.  
 Vertex bonorum nam fides  
 Est, quam nefandas post lues  
 1465 Stuprator ille pessimus  
 Incestat atris actibus.  
 Nam Iacobus doemonicam  
 Fidem hanc vocat vel mortuam,  
 Quae vocibus Deum approbat,  
 1470 Factis negans sed improbat.  
 Sic ergo sic nequissimus  
 Nos perditis virtutibus  
 Vitiis nefastis, heu, replet  
 Securus ac iam possidet.

1444 Si: Sed *M DÜMMLER*

1467 *vgl. Iac. 2, 20 und 26*

- 1475 Et quod dolendum plus erit,  
Cum sic reos necaverit,  
In pessima stultissimum  
Hac morte suadet gaudium.  
Hic namque plures perdit  
1480 Misereque Christo mortui  
Sentire nolunt perditos  
Sese vel esse mortuos,  
Gaudent lucris inanibus,  
Vanis tument honoribus,  
1485 Laetantur in factis malis  
In rebus atque pessimis.  
Non cogitant perennia  
Seu laeta sive tristia  
Probis, sed haec fugatia  
1490 Curant amantque frivola.  
Haec sola totis nisibus  
Totisque querunt viribus,  
Velut sciant per saecula  
Perstare huius mundi bona.  
1495 Quaecumque poscit seu iubet  
Tyrannus, hos qui possidet,  
Ducunt nimis suavissima  
Et mente agunt laetissima,  
Et omnium est quod pessimum,  
1500 Patrasse se gaudent malum  
Iactantque securissime,  
Quod debuerunt plangere.  
Sic atque perditissime  
Mentis necem nichil fore  
1505 Ducunt, mori miserrime  
Laetum putantes vivere.  
Sed hoc nefandum gaudium  
Pertransit, o, quam percitum,  
Cum, carnis o mors aspera,  
1510 Evertis haec praesentia.  
Tu sola, quae sit intima  
Mors mentis, ostendis fera,  
Cum decidet vanissima
- De gaudio praesenti malorum*
- Quomodo mors adveniens  
praesentia gaudia et bona  
evacuet

1476 negaverit *M*, *korr. DÜMMLER*    1483 Gudent *M*, *korr. DÜMMLER*    1508 Pertansit *M*,  
*korr. DÜMMLER*

- Veniente te superbia.  
 1515 Tunc obsident miserrimum  
     In mortis hora spiritum  
     Artantque diri doemones  
     Tetri, minaces ac truces.  
     Et qui prius seduxerant,  
 1520 Qui gaudia haec suggesserant,  
     Qui, ne timeret tristia,  
     Persuaserant, intermina,  
     Tunc hunc perurgent undique,  
     Quae mente, facto voceve  
 1525 Peccavit hic spreto Deo,  
     Ore explicantes horrido.  
     Tunc proferunt Christi omnia  
     Praecepta sacratissima,  
     Quae sprevit hic tumens prius,  
 1530 Ipsi ad hoc suadentibus.  
     Quid tunc agat miserrimus,  
     Quo vertat aut se perditus,  
     Qui se trahi cum senserit,  
     Nullum adiuvantem conspicit?  
 1535 Cum se relicta ab angelis  
     Conspexerit Dei pii  
     Et traditum minantibus,  
     Nigris, cruentis hostibus,  
     Qui tunc student cunctis modis,  
 1540 Qui terreant reum suis  
     Strictum catenis, ut sciat  
     Quibus prius serviverat,  
     O, quam perit tunc nubilum  
     Praedulce pridem gaudium,  
 1545 Quam nil erit rei ardua  
     Tunc mundialis machina!  
     Quod anxius curaverat,  
     Quesiverat, paraverat,  
     Totum quod egit, ut citum  
 1550 Vanumque nil est somnium.  
     Tunc sentiet demum miser,  
     Fecit prius quam nequiter  
     Mandata spernendo Dei,

1541 Stictum *M*, korr. DÜMMLER

- Nugas amando saeculi.
- 1555 Quid pluribus? Plenus malis,  
Egenus, heu, sed in bonis,  
Damnatus infernalibus  
Tradetur atris hostibus.  
A quis statim immitissime
- 1560 Excussus hoc ex corpore  
Trahetur, a, crudeliter  
Torquendus aeternaliter.  
Mox doemonum exercitibus  
Truculenter insultantibus
- 1565 In os gehennae funditus  
Mergetur, a, pessum datus.  
Tunc sero plangit ac gemit,  
Quod hic Deo non credidit,  
Iussis se ut eius subderet
- 1570 Et vana mundi sperneret.  
Tunc fructuosum non erit,  
Quod poenitendo luxerit,  
Qui tempus acceptabile  
Luxu eligebat perdere.
- 1575 Iam tunc necesse est sentiat,  
Quam perperam praveque agat,  
Qui pro caduco gaudio  
Resistit aeterno Deo.  
Tunc namque mens hic perdita
- 1580 Deoque dudum mortua,  
Peccare quae hic semper cupit,  
Punita perpetim gemit.  
Et dulce quae dicit Deo  
Mori implicata saeculo,
- 1585 In morte mortem concupit  
Moriensque numquam deficit.  
Tunc quanta quisque pro suis  
Meritis luat miser malis  
Tormenta, nullus qui fuit
- 1590 Umquam satis retexuit.  
Nam quicquid atrum aut horridum,  
Dirum, timendum aut anxium,  
Malum, dolendum quis potest
- Cum quanto terrore impius a  
doemonibus ad Tartara  
trahatur*
- De tormentis reorum*

- Excogitare, illic adest.  
 1595 At omne pulchrum vel bonum  
 Omnisque spes et gaudium  
 Ex hoc malorum carcere  
 Cunctorum abest longissime.  
 Et quod timendum est maxime,  
 1600 Cum puniatur pessime  
 Poenis subactus omnibus,  
 Nullus mali extat terminus.  
 Et cum bonos in gloria  
 Congratulantes maxima  
 1605 Cernat, peruri in ignibus  
 Se sentit infernalibus  
 Et colligatus nexibus  
 Culpa suis equalibus  
 Comburitur manipulus  
 1610 In saeculum miserrimus.  
 Sic usque in extremi diem  
 Examinis plorabilem  
 In morte prima mortuus  
 Reus crematur spiritus.  
 1615 Post vero districtissimus                  *De ultimo iudicio*  
 Cum venerit iudex Deus,  
 Cum quisque, quae iam putruit,  
 Carnem sui receperit,  
 Qui nunc silet mitissimus  
 1620 Parcitque contemptoribus,  
 Omnes profanat rex suos  
 Damnatque tunc contrarios.  
 Tunc caelicis trementibus  
 Et telleis ardentibus  
 1625 Damnandus, o, quam contremit,  
 Quisquis reum se noverit,  
 Accusat hunc cum propria  
 Artatque conscientia  
 Iudexque talis iudicat,  
 1630 Archana cordis qui probat.  
 Quem iudicantem evadere  
 Nemo valet vel flectere,  
 Remuneret quin tunc pios  
 Iusteque damnet impios,  
 1635 Ut qui Deum contemnere

- Praecepta et eius nunc male  
 Captant, procul tunc a Deo  
 Eliminentur optimo.  
 Parere quique doemoni  
 1640 Et illecebris saeculi  
 Malunt, truci cum doemone  
 Damnantur aeternum in Stige.  
 Culpisque qui succumbere  
 Anima student et corpore  
 1645 Vitiisque gaudendo incubant,  
 Flentes in utroque ardeant.  
 Haec illa perditissimi                           *De secunda morte id est ultima*  
 Secunda mors est mortui,                           *condempnatione*  
 Quam prima mors nunc parturit,  
 1650 Animam Deus cum deserit.  
 Haec scilicet, cum denuo  
 De pulvere exsurgens homo  
 In morte mortem haud invenit  
 Et perditus numquam perit  
 1655 Cum angelis apostatis  
 Sociatus ipse in inferis  
 Coquetur in cunctis malis  
 In saeculorum saeculis,  
 Cum cuncta, quae solus prius  
 1660 Tormenta perfert spiritus,  
 Adaucta totus post homo  
 Patietur absque termino,  
 Cum qui Dei oblitus fuit,  
 Peccare cum non destitit,  
 1665 Oblivione perpeti  
 Pessumdatu perit Dei.

SORORES AD MUSAM<sup>s</sup>

- Cara soror, soror, o, quam maxime concinis tremenda,  
 Horrida, flenda, modis cunctisque perenniter timenda!  
 Quaesumus attonitae, quid dicere quidve cogitare  
 1670 Possumus aut facere? O, quid diligitur vel, o, quid ista  
 Queritur aut colitur praesens brevis et caduca vita,

s) Metrum archiloicum constans tetrametro bucolico et tribus trocheis *M*

1642 *viell. in* Damnentur *zu korr.*

Tot miseranda modis, meroribus, anxiis periclis,  
 Undique plena malis, languoribus omnibusque diris,  
 Quae tot habet varios mortis variae metus modosque,  
 1675 Quaeque truces patitur tot iugiter hostium timores,  
 Doemone cum vitiis tam multiplices parante tecnas  
 Insidiasque, quibus nobis animae queat profanam  
 Et studio fugiendam omni malus irrogare mortem,  
 Pellere qua queat ex nobis dominum, ingredi et cor ipse  
 1680 Ac sociare sibi possit simul et coinquinatos  
 Perditus ipse homines nos perdere perditosque secum  
 In Stige perpetuis per saecula concremare poenis  
 Iudicioque reos examinis ultimi vorandos  
 Faucibus ignivomis contradere mortis, a, secundae,  
 1685 Spiritus ut moriens numquam moriatur in resumpto  
 Corpore, cum Satanae asseclis datus infimis gehennae?  
 Dic, age, cara soror, vita quid in hac periculosa  
 Atque brevi miseris mortalibus et nimis caducis  
 Consiliere agitandum, qualiter autumes manendum,  
 1690 Ne misera haec brevitas vitae mala tanta tamque amara  
 Et sine fine per aevum instantia gignat invehatque  
 Per male dulcia mundi huius bona procreata perque  
 Decipientis opus hostis varias et eius artes?  
 Dic, age, dic, petimus, quid conditor ille iustus atque  
 1695 Optimus ille pater, salvare volens benignus omnes,  
 Perdere non cupiens ullum, nisi perdat ipse sese,  
 Nos velit et iubeat gratum sibi factitare, Christus,  
 Qualiter atque viam percurrere suadeat brevem tam,  
 Vivere quoque modo vita doceat suos in ista,  
 1700 Iam male ne pereant in saecula, sed quod ipsa sepe  
 Commemoras mala, dum cantas, fugienda, pertimenda,  
 Ut sine fine frui feliciter obtimo, perenni  
 Promereantur ovantes sedulo gaudio bonoque  
 Cum domino hilares caelestia regna possidentes.  
 1705 Haec cane nunc, petimus, nos attonitasque valde amaris  
 Dulcibus, o cata, consolere, camena, cantilenis!

1672 Tot: hier setzt das zweite Fragment in G ein, das bis zum Explicit des Opusculum reicht  
 1673 omnibusque diris: G, omnibus diris M, zu omnibus dirisque korrigiert. DÜMMLER gegen das  
 Metrum: Die Messung dirus mit kurzem i gibt scheinbar nur HRABAN. carm. 9, 20 (MGH Poetae  
 2, 171) 1689 Consiliare G agendum G 1699 vita: G, fehlt M, servos ergänzt DÜMMLER nach  
 WATTENBACH 1700 Iam: Tam G 1704f. Cum ... Haec: Textverlust durch Beschneiden in G  
 1706 consolare G

MUSA AD SORORES<sup>t</sup>

- Haec ipsa, mis sororculae, volebam  
 Pro posse coepti carminis tenore  
 Vobis libenti consonare nisu.
- 1710 Haec ipsa iussit consequenter ipse  
 Cantare vestri dirigens me amicus,  
 Ut allicere rithmicis studerem  
 Odis perennem vosmet ad salutem.  
 Sed vos quod interfariet canenti
- 1715 Eadem petendo maluistis, o, quam  
 Gratum michi fecistis: Ipsa namque  
 Defessa eisdem dimetris anhelo  
 Iam iambicis. Nunc recreabo flatum  
 Spirando paulum postque muto rithmum
- 1720 Et, quod petistis anxie, studebo  
 Pro viribus pio iuvante Christo  
 Cantare vestri prompta caritati.

FINIT PRIOR LIBELLUS

t) Metrum iambicum trimetrum catalecticum hyponactium constans V pedibus et syllaba; paribus locis iambum, inparibus iambum vel spondeum recipit *M*

1712 allicere: allicere ego *DÜMMLER nach WATTENBACH*      1717 dimetris: *G*, de metris *M*  
*DÜMMLER*